

(a) Sic enim in jure comparatum est, ut quoties quaritur, quid alicui in jure concessum, ita definiendum sit, omnia cuivis licere, si leges non prohibeant, *arg. leg. nec non 28. §. quod ejus 2. ff. ex quibus caus.* Et permisum est quod non est prohibitum.

(b) Quibus commercium rerum omnino interdictum est, ideoque inhabiles & incapaces dicuntur *l. 12. ff. de usur.* idque vel ob naturam propter defectum animi, in personis furiosorum §. 8. *Inst. de inutil. stipul.* qui absentium loco habentur *textus est in l. 2. §. 3. ff. de jure Codicillorum l. 124. de reg. Jur.* Amentium & infantium §. *pupillus 10. Inst. de inutilib. stipul. l. in negotiis 5. ff. de reg. Jur.* & omnium eorum, qui intellectu, judicio & certo acquirendi proposito destituuntur. Propter vitium corporis quandoque, qui carent sensibus exterioribus illis, qui sunt necessarii ad perficiendam acquisitionem, ut mutus, surdus §. *mutum 7. Inst. de inutil. stipul.* qui tamen tacite consentire possunt *l. 4. ff. de pactis l. in quibuscunque 48. ff. de O. & A. vel ob legem, puta, in iis qui velle quidem possent, aut velle posse videntur, lex tamen voluntati eorum obstat; uti sunt impuberes, pupillus, quatenus eorum conditio acquirendo deterior fieret in pr. §. 1. Inst. de auth. tut. §. nunc admonendi 2. Inst. quib. alienare licet vel non, l. 43. de O. & A.* Prodigii, qui sua bona dilacerando & dissipando profundunt *l. 1. ff. de curat. furios. dand. l. 18. ff. qui testam. facere possunt, de quibus tamen vid. Nov. Leon. 39.* quamvis hi meliorem conditionem facere possint §. 9. *Inst. de inutilib. stipul. in pr. Inst. de auth. tut. l. 3. de novat. Servi l. 17. de pænis, tit. de interd. & relegat. l. quod attinet 32. de reg. Jur.* & omnes qui commercium juris Civilis non habent.

(c) Quales sunt omnes, qui eò animo quid accipiunt, ut non sibi sed alteri acquirant. Quo minus enim sibi acquirant, voluntas refragatur acquirantis, *l. si genero 26. C. de jur. dot. l. multum 6. in fin. C. si quis alteri vel sibi;* Nam occupatio possessionis adfectionem possidendi desiderat *l. 3. §. 1. ff. de acq. possess.*

### XIII.

Causa Formalis est, proprietates in ipsius rei substantiam compara (a)

(a) Dixi.